

## ADATTÁR.

VALKOVSKY JÁNOS, BÁRDOSY JÁNOS ÉS FEKETE  
IMRE EGY-EGY LEVELE KAZINCZY FERENCZHEZ.

E levelek a *sárospataki ref. főiskolai könyvtár* kézírattárában őrzött s Dayka Gábornak Kazinczytól összegyűjtött kéziratait magában foglaló, ívrét-alakú, sárga színű bibula-táblás kötetben (ezért neve: sárga kötet) találhatók, melynek Somosi János főiskolai főkönyvtárnok által írott címe: »*Űjhelyi DAJKA GÁBOR | maradvány Papirosai. | Néhai Tekint. Kazinczi Kazinczy Ferencz Úr' | kézirati Gyűjteményéből | a S. Pataki Ref. Anya Oskola Könyvtárába | jött | Méltóságos Szendrői Gróf Török Sófia | Asszony' a' tisztelt Birtokos Úr Özvegye' | ajándékából.*

A Valkovszky levele kísérőlevele annak a 10 darab Dayka-kéziratnak, melyet Kazinczy fölhívására (»Irtam — úgymond a Dayka versei előtt közölt életrajzban — mindenfelé, valahol gyaníhattam, hogy papirosai, levelei lehetnek...«) Kritsfalusi György ungvári gymn. tanár küldött Kazinczynak; a Bárdosy és Feketéé pedig egyenes válasz Kazinczynak 1805. aug. 17-én a Daykára vonatkozó adatok összegyűjtése ügyében hozzájuk írott levelére. A Bárdosy válaszából kitűnik, hogy Kazinczy 13 kérdést tett fel levelében Bárdosynak, melyekre a kérdezett egyenkint, legjobb tudomása szerint írta meg a feleletet. A Fekete válasza nagyon értékes, mert az a mai napig egyetlen forrás a Dayka ungvári működéséről és halála körülményeiről. Bár e levelek főbb adatait Dayka életrói: Kazinczy és Abafi Lajos fölhasználták, mégis szükségesnek tartjuk, hogy ezek egész terjedelmükben kiadassanak s majd a Kazinczy levelezésének pótkötetébe is besoroztassanak. Abafi azért nem adta ki ezeket a Bodnár Antaléival együtt a Függelékben, mert latin szövegűek. (Dayka G. költem. XLI. lap.) A Bárdosy és Fekete levele után közlöm Kazinczynak e levelek alapján készített jegyzeteit.

I. *Valkovszky János Kazinczy Ferenczhez.*

Varad. 1a Maji 1805.

Spectabilis, ac Perillustris Domine,  
Domine mihi singulariter colende!

Dominus Georgius Kritsfalusi, in Gymnasio Regio Unghvarinensi Humaniorum Literarum Professor, scriptorum Domini pie defuncti Gabrielis Dayka decem fragmenta, occasione nundinarum nunc proxime praeterito festo Georgii celebratarum, eo fine transmisit, ut eadem Spectabili Dv̄ræ consignarem; eo praeterea addito, se Literas ad D. Georgium Kovalik, olim Unghvarini, nunc Comaromii Humaniorum Professorem, ut is, si quædam ex MSS. Domini Dayka forte haberet, transmittere, data opportunitate, vellet, jam expeditisse, quæ, si advenerint, eadem ad me promoturum. Quare et hæc decem fragmenta, quæ jam pro manibus habeo, Spectabili Dv̄ræ nunc transmittito, et omnem, quæ deinceps se forte offeret Spectabili Dv̄ræ mecum serviendi promptitudinem contestandi occasionem, lubentissimo semper arripiam animo.

Cui ceteroquin favori, Amicisque affectibus commendatus sum Spectabilis Dv̄ræ

ad obsequia paratus  
Joan : *Valkovszky* mp.  
Philos : Professor.


[8r. alakú levélpapíros első lapjára írva. *A sárga kötet.* 25. lapja.]

II. *Bárdosy János Kazinczy Ferenczhez.*

Spectabilis ac Perillustris Domine,  
mihi singulariter colendissime!

In ordine ad quæstiones, respectu Gabrielis olim Dayka mihi sub 17<sup>a</sup> præteriti Mensis Aug. propositas, lubens respondeo, et quidem:

Ad 1, Dominum Gabrielem Dayka de Ujhely, Excelso Consilio Regio sub 7<sup>a</sup> Januarii 1792 N<sup>ro</sup> 99 intimante, pro Leutschoviens Lingvæ ac Literaturæ Hungaricæ Professore per suam Cæsareo-Regiam et Apostolicam Majestatem clementer ita resolutum, ut annuos, donec in futuris Regni Comitibus certa perennisque mensura Salariorum autoritate Regia definiatur, 350 florenos e Fundo Studiorum percipiat, ipse autem reliqui omnes præfatae Lingvæ ac Literaturæ Magistri, pro re nata etiam ad altiores Cathedras et altiora Stipendia suo tempore gradum facturi, tanquam Seminarium Professorum Gymnasialium considerentur, die 10<sup>a</sup> Martii advenisse, at sequenti mox die in Oratorio Gymnasii universæ Juventuti præsentatum, suoque modo per me, præsentibus Dominis Professoribus ad Stationem hanc introductum, eleganter accommodata oratione respondisse, atque ita communi cum júbilo et applausu exceptum fuisse.



Ad 2) et 3) Multiplex in Juvene 22 annorum eruditio, ingens, magno talento respondens, industria, continua Librorum lectio, præter latinam octo lingvarum Hungaricæ, Germanicæ, Gallicæ, Italicæ, Slavicæ perfecta, Anglicæ vero Graecæ ac Hebraicæ supra mediocritatem notitia, moderatio, affabilitas, mansuetudo et excellens eloquentia merebantur utique, ut toto Professoralis officii sui, plena cum satisfactione gesti, tempore ab omnibus jure meritoque suspiceretur; Amititiam tamen suam et cultum paucis attribuit, inter quos præter me Gymnasii Directorem suosque Collegas, Spectabilis Dominus Ludovicus Almásy de Filitz, J. Comitatus Scepus. Vice-Notarius, cultioris ingenii Vir et magnus Orator; Perillustis porro Dominus olim Ignatius Aichner de Bosbach Liberæ Regiæque Civitatis hujus Consul, ob lingvæ Italicæ commercium; denique Spectabilis Domina Elisabetha Bosznyák, Ludovici olim Glatzinger Cæsareo-Regii, pensione donati, Locumtenentis Vidua, subinde vero Caroli condam Töke de Csepánfalva, Cæsareo-Regii Capitanei, Consortis et Scientiarum cultrix, præcipue censendi sunt. In eo amicis et cultoribus suis nunquam satis dolendus, quod cum suo Leutschoviam adventu in tale hospitium impegerit, in quo mensibus quatuor vixdum elapsis circumventus, ac pollicitis dives, ut barbara Francisco-Wagneriana (Edit. Tyrnaviæ 1750) phrasi utar, *vulnus a tergo accepit*, in lethale transiturum. Nondum enim ab accepto ejusmodi vulnere medius annus abiverat, quum habitationem et convictum insolentis ac imperiosi hospitis mutare coactus, diurnam sibi paulo post febrim acutam concivisset; ex qua ægre admodum servare potuit, Cathedra ejusdem Hungarica per Dominum Volfgangum Kiss, Grammaticarum Classium Professore, ultra menses quatuor suppleri debente.

Domino interim Joanne Pracháry, II. Gramatices Classis Professore, 10<sup>ma</sup> Junii 1793 in primarium Liberæ Regiæque Civitatis Judicem electo, ac resignatione Cathedræ suæ per J. Superiorem Regiam Cassoviensem Studiorum Directionem honorifice acceptata, eidem Reverendum olim Patrem Hubertum Dluholutzky Conventualem ex Ordine Minorum S. Francisci Religiosum, emeritum scilicet Humaniorum Scholarum Professore, officiose requisitum, provisorie surrogavi. Quia vero Gabrieli Dayka optime constiterit, Cathedræ supplendæ munus Professore Hungaricum respicere, idem sibi convaluisse visus, 15<sup>ta</sup> Julii tam respectu suæ continuandæ, quam alterius Cathedræ supplendæ semet apud me insinuaverat. Quum autem ex debilitate sermonis, titubante incessu, et exhausta corporis ac formæ constitutione convictus fuero, eundem necdum ita comparatum esse, ut vel propriam conscendere, tanto minus alienam supplere Cathedram potuisset, collaudato convalescentis zelo, ad capescendam ulteriorem adhuc octiduanam quietem relegavi. Octiduo nondum elabente, iterum se stiterat; literario igitur consessu, num ad utramque Cathedram citra novum valetudinis periculum tute admitti possit, 26<sup>ta</sup> Julii celebrato, vota

omnium eo reciderunt : Praeaudatae Cassoviensi Regiae Studiorum Directioni repraesentandum esse, Dominum Gabrielem Dajka (*így*) neque actu ita sibi restitutum haberi, ut tam Gram̄aticis quam Hungaricis Praelectionibus sufficere valeat, eo res recidit, ut idem suam quidem Hungaricam continuare coeperit, Gram̄aticam vero Cathedram, anno scholastico alioquin ad finem vergente, praefatus P. Dluholutzky erga Remunerationem, subinde altius impetratam, suppleverit.

In Concursu porro, erga benigno-gratosum Excelsi Consilii Regii sub 5<sup>ta</sup> Julii 1793 et N<sup>o</sup> 14642 Intimatum, ratione hujatis Gram̄aticarum Classium Cathedræ per I. Cassoviensem Regiam Superiorum Studiorum Directionem sub 16<sup>ta</sup> ejusdem pro 11<sup>a</sup> 7<sup>bris</sup> circulariter divulgato, memoratus Gabriel Dajka (*így*) me, velut Locali Directore, praesente, eminenter substitit, ut adeo sua Majestas Sārma, Excelso Consilio Regio sub 29. 8<sup>bris</sup> N<sup>ro</sup> 25696 benigno-gratiose intimante, praedictam I. Gram̄atices Classis Cathedram eidem clementissime contulerit.

Ad 4) In Concursu pro vacante Ungváriini II. Humanitatis Cathedra, per Excelsum Consilium Regium sub 12. Junii 1795 N<sup>ro</sup> 11889 benigno-gratiose ordinato, ac per J. Cassoviensem Regiam Superiorum Studiorum Directionem pro 19<sup>a</sup> 7<sup>bris</sup> a. e. circulariter divulgato, Gabriel Dajka (*így*) palmam concurrentibus denuo praeripuit, atque ita hinc 13. 9<sup>bris</sup> 1795 ad II. Humanitatem Ungváriini docendam communi desiderio sui relicto, transivit.

Ad 5) Comicis, ex Italia oriundis, Leutschoviae aliquo tempore commorantibus, Gabriel Dajka certum Epigramma Italico idiomate tanta cum approbatione confecit, ut pro nativo Italo et insigni Poeta haberetur. Ita etiam occasione quadam Dominis Volfgango Kiss, Gram̄aticarum, et Mathiae Hirholtzer, Elementario Classium Professoribus, distinctam Hungaricorum versuum, sibi dictandorum, materiam assignantibus, priori quidem hexametros, huic vero elegiacos versus Hungaricos in suo Cubili obambulando tanta cum facilitate uno eodemque tempore dictabat, ut vix suffecerint scribere.

Ad 6) Accludo Dajkaianos, in Coronationem modernæ Cæsarae, ac Caesareo-Regiae Majestatis Francisci II ; nec non in mortem meae olim consortis editos hujatibus typis versus ; eo insuper adjecto, denatum Gabrielem Dajka, plura ejusmodi poematia conscripsisse, ac noto cuidam suo Pestinum fine impressionis transposita nec recepisse, neque divulgata vidisse.

Ad 7) Nullam Versuum : *Gyújts fáklyákat Hymen* etc. Leutschoviae notitiam, prout neque illius *Klára* inire potui.

Ad 8) Poemation meum Latinum *Salve magnanimae Soboles Augusta Theresae* etc. per Gabrielem Dajka, ut observo, in Hungaricum verti coeptum : *Idvez légy méltó Phoenixe Theresa porának* etc. num ad umbilicum deduxerit, ignoro.

Ad 9) Matricula copulatorum Parochialis Ecclesiae Liberae Regiaeque Civitatis Leutschoviensis ad S. Jacobum Majorem testa-

tur: Gabrielem Dajka de Ujhely cum Susanna Reich anno 1792 die 12. Augusti, testibus Ignatio Halbsch et Martino Szimák, hujatibus Civibus ab Adm. Reverendo Domino Loci Parocho Volfgango Kren copulatum fuisse. Susanna haec erat filia Joannis olim Reich, hujatis Civis et pupillaris Cassae Inspectoris.

Ad 10) Duas habuit proles femellas, primis vitae suae mensibus mortuas.

Ad 11) Vidua Gabriele Dajkaiana Ungvarino Leutschoviam redux, levato semel pro semper ex benigna Resolutione Regia, per Excelsum Consilium sub 14. Febr. 1797 N<sup>o</sup> 2884 intimata, annui maritalis Salarii florenorum 450 Grationali, postquam duobus fere annis ad secunda vota nusquam expeteretur, se Pestinum inter Comicos recepisse, hinc vero Posonium pro Gubernatrice divitis cujusdam Judaei filiarum transivisse fidedigne refertur.

Ad 12) Gabriel Dajka collectiones meas, de Rebus Hunnorum Asiatico-Europaeorum conscriptas, diligenterolvebat, et nonnulla sibi, excerpta faciebat. Notabiliora Operis hujus objecta in Supplemento Analectorum Terrae Scepusiensis anno 1802 hujatibus typis edito, ac diserte in ejusdem Notis sparsim continentur.

Ad 13) Gabriel Dajka, Hungaricus adhuc Professor, Vocabularium, in consequentiam praescriptae *Institutionum Lingvae Hungaricae adumbrationis*, ac diserte pagina 20<sup>a</sup> contenta in viationis, mihi die 20<sup>a</sup> Augusti 1793 substraverat, quod medio J. Districtualis Regiae Superioris Studiorum Directionis Excelso Consilio Regio repraesentatum est. Materiam quoque Grammaticae Hungaricae in usum Discipulorum suorum synoptice conscriptam et ordine, ut videtur, sat systematico deductam, quam nempe Dominus Professor Michael Fekete, in Hungarica ejus Cathedra successor, sibi descripserat, ea cum petitione advolvo, ut editionem reliquiarum Poëticarum et Biographiam Gabrielis Dajka, sub Spectabilis Dvrae calamo existentem, in duobus exemplaribus, uno quidem inter Acta Gymnasii, altero autem in mea Bibliotheca pro perenni Professoris hujus memoria asservandis, gratiose suo tempore largiri non dedignetur. Ceterum ulterioribus gratiis et favoribus jugiter devotus, constanti venerationis cultu persisto.

Spectabilis ac Perillustris Dvrae.

Leutschoviae 28. 7<sup>bris</sup>

1805.

Servus humillimus

*Joannes Bárdosy,*

ICottum Scepi. ac Beregh. Tlae Judriae  
Assessor et Reg. Leutschov. Gymn.  
Director. mp.

Ivrét-alak, 2 levél. Kazinczy »No 5.« számmal látta el. A sárga kötet 31—34. lapja.

(Kazinczy a maga számára, Bárdosy e levele alapján, pontról-pontra haladva, a következő jegyzeteket készítette :)

### „Bárdosy János Úr' levele.

1. Dayka Gábor a' Helytartó Tanácsnak 1792. Jan. 7d. költ Rendelése által Magy. Nyelv Professorának neveztetik-ki Lőcsére 350 f. fizetés mellett. 10d. Mart. azon eszt. oda ér, és 11dben békőszön.

2 Talentoma, tudománya, szorgalma, deák, magyar, német, francia, olasz, tót nyelvek tudása, a' görögnek pedig és angolnak 's zsidónak is alkalmas értése, szelidsége, jámborsága, ékesen szollása dicsértetnek. Társasága ki volt. (Major Teokéné Asszonyhoz én ajánlottam volt levélben). A' házi gazdájával baja. Ennek gorombaságai más szállást fogadtatnak vele. E' miatt forró nyavalyába esik. Négy holnapig Kiss Farkas Gramm. Prof. suppléálja.

3. Pracháry János II. Gramm. Prof. 1793. 10. Jun. Város Birájává választatik. Ennek helyébe Bárdosy Dlohóluczy. Hubert Minoritát surrogálja. D(ayka) neheztel ezért, mivel ez a' surrogatio a' M. Nyelv' Professorát illette, s' 15. Jul. sürgeti, hogy az neki adattatnék. Betegebb volt mint hogy azt neki megengedni lehetett volna.

Dayka Concursum tartván Bárdosi az I. Gramm. Cathedrara, *eminenter subsistit*, (Bárdosynál: *substituit!*) 's ezt a' tanítói székét 29. 8br. 1793. költ parancs mellett elnyeri.

4. A' Helytartó Tanács 13. Nov. 1795. Daykát II. Human. Prof. küldi Ungvárra.

5. Az olasz színjászok csudálják olaszúl írt versét. — Kis Farkas és Hirholczer Mátyás pedig álmélkodnak, hogy a' Daykának általok adott materiára *egyszerre* hexametert és másféle verset olly könnyűséggel dictál a' szobában fel 's alá járván, hogy ezek alig győzték írni.

6. Daykának némelly darab verseit közli, 's mondja, hogy Dayka nyomtatás végett leküldötte Pestre valamelly Ismerőséhez verseinek csomóját; de azok meg nem jelentek nyomtatásban, és Dayka őket kézírásban sem kapta vissza.

Ezt a' csomót Virág Benedek, a' Poéta, ajándékban küldötte nekem, midőn nem is álmodtam többé, hogy valaha megkaphassam. Veres kordoványba áll a' nyomtatás alá készített kézírás autographiai gyűjteményemben. (*Jelenleg a Magyar Tud. Akadémia könyvtárában.*) Virág ismérte Daykához vonszó hajlandóságaimat, s' látta a' Versekben, hogy Dayka is szeretett engem, 's úgy ítélte, hogy jobb kezekben nem teheti-le a' becses ereklyét.

7. Kinek íratott a' *Gyűjts fáklyákat* etc. és ki az a' *Klára*, Lőcsén senki nem tudja.

8. Elvégezte e Dayka a' Bárdosy Poemationjának lefordítását: *Salve magnanimæ soboles aug. Theresæ*, nem tudja.

9. Matricularis jegyzés a' Dayka lakodalmi napja felől.

10. Daykának két lánykája kevés holnapokig élt.

11. Az özvegy Ungvárról haza érvén, felvette a' 450 f. grationalist, 's két esztendeig sem kérettetvén férjhez azután, Pestre ment a' Theatralistáknál venni szolgálatot. Onnan Pozsonyba ment egy gazdag zsidónak gyermekeit nevelni.

12. Bárdosinak gyűjteményeit, de Reb. Hunnorum Asiatico-Europaeorum szorgalommal forgatta, 's excerpálgatta.

13. Magyar Vocabulariumot írt, 's beadta. Az ő M. Nyelvelvi Prof. successora, Prof. Fekete Mihály Úr, az ő Grammaticáját leírta, 's azt velem közli Bárdosy Úr.

14. Kér, hogy két exemplárt a' verseiből 's Biographiájából, ha azok kijövendenek, neki és a' Gymnasiumnak küldjek. (A sarga kötet 15—16. lapjain.)

### III. Fekete Imre Kazinczyhoz.

Spectabilis, Perillustris, ac Generose Domine,  
Domine mihi Singulariter Colendissime!

Perlectis aestimatissimis, die 17<sup>a</sup> Augusti a. l. ad me dimissis Spectabilis Dv̄rae Literis, cum observaverim ad puncta, intuitu defuncti Gabrielis Dayka Biographiae proposita, me adaequate haud respondere posse; Spect. Dominum Joannem Bárdosy, R. Leutschoviensis Gymnasii Directorem Epistola mea illico adivi, et rogavi, ut, cum illic nostri olim Dayka uberior esse possit notitia, in enucleandis rebus ejusdem socium conatum suum addere velit. Neque denegavit Vir bonus operam suam: ex data enim ad me in Copia die 28<sup>a</sup> 7<sup>bris</sup> Descriptione, eademque, ut Idem innuit, ad Spectabilem quoque Dv̄ram transmissa, Questiones, Professorem quondam Dayka respicientes, usque ad ejus Unghvarinum adventum, exhaustas esse observo. Restat igitur mihi res Daykaianas unice Unghvarinenses continuare, quae ita se habent.

Gabriel Dayka Anno 1795. die 20<sup>a</sup> Xbris cum Conjuge sua Susanna Reich, Leutschovia Unghvarinum, valetudine sane, in corpore a natura alioquin gracili, non firma adpulit, et vix capta modica quiete, ne altius assignanda novae Cathedrae annua solutio, vel tantillum retardetur, die 21<sup>a</sup> Xbris in munus 2<sup>-dae</sup> Humanitatis Professoris, Solennitate in hujusmodi Actibus usitata, per me, qua Localem Directorem, publice inductus est. Cum autem et itinere hyberno contractus, et viribus non firmis fuerit, ut magis semet recolligere valeat, Praelectionibus aliquot novum Professorem, ipso etiam illas in schola audiente, sublevavi.

Post peractum dein, cum plena ejus laude, meo autem liquidiore solatio, quod, ut junior adhuc, summam tamen, in ipso scholam hanc docendi principio, spem de se praebuerit, primum semestrale examen, tussi pectus urgeri, viribus deficere, corpusculo exhauriri coepit. Licet autem nulli operae per celeberrimos medicos nostros parcitum fuerit, ut aut valetudo infirmi restituatur, aut saltem vis morbi mitigetur; cum nihilominus aegritudo adeo pertinax fuerit, ut omnem operam luserit; et sponte sua, et svasu aliorum, nequid intentatum relinqueretur, 26<sup>a</sup> Julii anno 1796. tentandae valetudinis suae recuperandae causa, cum Consorte sua, Cassoviam discessit. Hic, praeter Medicam Curam, accessit illi multiplex etiam a sua Illustritate L. B. Mauritio a Sahlhausen, Literarii Districtus Cassoviensis Superiore Directore Regio, aliisque Collegis, et amicis suis consolatio. Sed pertinacia morbi omnia pervincente, Unghvarinum redux, etsi novis hic iterum curis morti eripi tentatus fuisset, 20<sup>a</sup> Octobris 1796. ex Phthisi, placide exspiravit: die altera tali, qualis autumnalibus feriis a Scholasticis fieri potuit, sollennitate, dicta per A. R. D. Joannem Sándrovics Exhortatorem Gymnasii, in Ecclesia, praesente mortui Corpore, eleganti, more suo, funebri

oratione, ac Elegiola mea distributa, in qua plura de eo adjuncta reperiri possunt,<sup>1</sup> in communi Caemeterio, ad Calvariae montem sito, reliquos inter fideles, cum summo illorum, quibus notus fuerat, dolore, tumulatus est.

Memorata funebris Oratio, cum Carminibus, ad Suam Excellentiam Episcopum Munkacsensem Andream Bacsinszky, item ad me conceptis, quibus, dum aegrotare incepisset, svasu Medici, lenissimum illud Serednyense vinum Cantabat, et petebat, ita disparuerunt aut in scriniis abstrusa sunt, ut inveniri non possint.

Tumulus defuncti, ob majorem ibidem sepulcorum copiam, ac terram aggestam, imbribus complanatam jam nunc distingvi haud potest.

Speciales, et plures amicos, ob brevitatem vitae, quam hic vixit, et afflictam valetudinem, sibi comparandi occasione privatus est.

DD. Georgius Kovalik, eo tempore apud nos Iae Humanitatis et Georgius Kritsfalusi Lingvae Hungaricae Professores, familiarius, et frequentius cum eo agebant. Quorum alter et aegrotantem, ei dein mortuum supplavit.

Discipulos dilexit omnes, quemadmodum hi quoque vicissim, et ex merito, praeclarum Magistrum suum. Reliquos inter tamen eos, qui se distinxerunt, uti erant V. G. Joannes Valko(v)szky jam nunc in Regia M. Varadinensi Academia Professor; Alexander Lóley, actu J. Comitatus de Ungh Vice-Fiscalis Adnecto hic studiosae Juventutis anni ejusdem Typis expressam Classificationem.<sup>2</sup>

Cum Dayka noster ante Professoratum suum Agriae inter Clerum Juniores susceptus fuerit; probabile est, Literas suas baptismales eo secum pertulisse, ac ibidem reliquisse.

Fuit Gabriel, dum per valetudinem licuit, constanter solers, industrius, laboris amicus, in officiosis accuratus, imo aeger quoque, quantum infirmitas admiserat, studiis suis occupatus. Fuit explicationis clarae, et ordinatae, quam domi probe recoctam, in Schola sua proposuit. Fuit indole modesta, pacis, ac subordinationis amans, a quibus abduci posse, non videbatur.

Mirum igitur non est, quod his virtutibus in omnium, quibus cum brevi tempore apud nos agebat, animos sese insinuaverit. His addi potest Religio quoque ejus non dubia.

<sup>1</sup> Fekete emez elégiája ma is megvan a *sárga kötet*-ben (közvetlenül Fekete fenti levele után), és pedig egy, a szerző által sajátkezűleg írt példányban (*E. F.* aláírással) s a Magyar Mercurius (1796. XCVIII. szám) példányában, mely alá, miután névtelenül jelent meg, Kazinczy odaírta: »*Emericus Fekete, Director Localis*».

<sup>2</sup> Az ungvári kir. gymnasiumi ifjuságnak eme Kassán, 1796-ban nyomtatott s két ívrét-levélből álló Classificatioja ma is megvan a *sárga kötet*-ben (a Fekete Elégiája után). Az »*In Schola II. Humanitatis*» cím után Kazinczy odajegyezte: »*Sub. Gabr. Dayka*».

Atque his, dum breviter quidem, sed genuine Spectabilis Dv̄rae  
Amico desiderio satisfacisse me arbritraver, pretiosis favoribus pleno  
cum Cultu devotus, persevero Unghvarini. Die 5<sup>ta</sup> Octobris 1805.  
Spectabilis ac Perillustris Dv̄rae

humillimus servus  
*Emericus Fekete* mp.

R. Unghvar. Gymnasii Director.

(Ivrét-alak, 2 levél. Kazinczy az első lapon »No 6.« sorszámmal  
látta el. A kötet 35—38. lapja.)

(*Kazinczynak e levél alapján készített jegyzetei:*)

»Ungvári Gimnasiumbeli Loc. Dir. Fekete Imre Úr levele.

1. Dayka 1795. 21. Xbr. beköszön mint Prof. II. Humanitatis  
(Rhetor). Egészsége változó volt, midőn az előtt való nap oda ért.

2. 1796. 26. Jul. feleségestül együtt Kassára mégyen magát gyó-  
gyíthatni.

3. 1796. 20. Octobr. *ex Phthisi* megholt. 21. eltemettetett a' közöns.  
temetőben, ad Calvariae montem.

4. Versekben kért szerednyei bort a' Püspöktől. Azok a' versek  
nem találtak.

5. Sírját már többé senki sem ismeri.

6. Barátjai Kovalik György I. Hum. és Kritsfalusi György M.-  
Nyelv. Professorok voltak.

7. Közönségesen szerettetett tanítványai által. Illyen vala Val-  
kovszky János Várad Prof., Alex. Löley Ungváron. V. Fiscális.

8. Fekete Úrnak versei a' Dayka halálára 's az ungvári Gymna-  
siumbeli Ifjak' nevei 1796. (Dayka alatt 30. tanítv. Első Valkovszky).«  
(A sárga kötet 19. lapján.)

HARSÁNYI ISTVÁN.

## HORVÁTH ISTVÁNNAK MINDEN NAPRA SZOLGÁLÓ JEGYZŐKÖNYVE 1805. ESZT.

(Második közlemény.)

### II. KÖTETBŐL.

Öszve vagy on itt írva a' nyájasság a' Tudományt illető dolgok-  
kal: de híven megtartatik mégis az igazság után való törekedés, melly-  
ben áll az emberi iparkodásnak majdnem legnemesebb része.

*Horváth.*

Május.

1. Napja. Nem derekas üdövel ajánlja magát Május holnapunk.  
Most, mikor, kiki a' Zöldtérsegekre sétálni, óhajtana, iszonyú szélfergetegek  
gátolják a' kívánságra gyúlt szíveknek vágyaikat. Nyoltzad félórakor  
magam is, mivel eluntam hon hallgatni a' süvöltő zúgást, Révai Miklós  
szomszédomhoz fordultam. Olvasta előttem Méltóságos Mártonfi József  
Erdélyi Püspöknek levelét, mellyben Barátának jelenti: hogy Észrevétele-  
ket készített vala Grammatikájára. Örültön örültünk mind a' ketten ezen  
Jó hazafiúnak iparkodásain. Vajha így művelkednének más Püspök